



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

Haymonis Episcopi Halberstattensis in libros de Christianaru[m] rerum  
memoria, Praefatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

# JOHANNIS EPI

SCOPI HALBERSTATTENSIS

in libros de Christianarū  
rerum memoria,

## P R A E F A T I O .



Quantum eruditionis, quantum diuinarum & humanarum rerū notitię pie legentibus ecclesiastica conferat historia, nostrę fuit experientię cognoscere, qui sæpe eam ac studiose legendo, nobis ipsis fecimus fidem. Vt enim eā breuiter cōmendemus, rerū ab initio gestarū edocet veritatē, pios primitiuę ecclesię actus edisserit, viroꝝ fortium gesta describit, martyꝝ sudat agones, cōfessorū merita attollit, doctorū, qui & patres vocant, dicta & scripta cōmemorat. Sed quā propter multiplicatē & immensitatē voluminis, fatigat intellectum, onerat audientiam, memoriam inuoluit, cogitauimus efficere, si dominus voluerit, vt liber ille immensus ad libellum redigatur. Manuale hoc igitur fieri voluimus, hac utilitate considerata, vt cum Eusebium legeris, facundum quidem eloquio, scēdum cruditione, sed propter Gręcę linguę copiositatem, de qua translatus est, sermone multiplicē atq; prolixum, ideoq; à memoria facile recedentem, hunc te libeat videre nostrumq; de eo excerptum inspicere



P R A E F A T I O.

ad integritatem memoriae reformandam. Ignosce  
beate Eusebi, ignosce. neque enim hoc ad tuam moli-  
or suggillationem. Parce quæso, & attende, illum em̄  
sermonem replico, amice, non facio tibi iniuriam. Si-  
cut ante nos ecclesiastici viri fecerunt de libris erudi-  
torum flosculos colligendo obscura dilucidauerunt, plura  
breuiauerunt. Itaque diuino operi tuo meum non cō-  
fero, sed te ipsum refero, te inspiciens, te adorans quē  
pene penitus euestigio sequor, sed via breuiore. Sic  
igitur liber ille tuus exemplar, hic exemplum:

fit ille forma expressior, hic representatio  
& imago, fit: ille rerum noti-  
ria, iste memoria. Nam  
quod ille ducit ad no-  
titiā, iste reducit  
ad memo-  
riam.

QUALITER AD REGNUM

IV in opusculo Pontificis Hierosolymensis  
episcopi & Archiepiscopi in regnum & pontificem  
transformationem hanc videtur & ostendit